

Johann Affelmann Friedrich Wetter

## **Disputatio Theologica De Ecclesia Dei**

Rostochii: Pedanus, 1617

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737576715>**

Druck Freier  Zugang



Verf.: F. Wetzel

J. Affelmann.

R. U. theol. 1677.




Disputatio Theologica  
DE  
ECCLESIA  
DEI.

50.

QUAM,  
Divina juvante gratia,  
IN INCLUTA ROSARUM ACADEMIA  
SUB PRÆSIDIO  
Reverendi, Clarissimi & Excellen-  
tissimi Viri,  
DN. JOHANNIS AFFELMANNI,  
S. Sanctæ Theologiæ Doctoris, &  
Professoris ordinarij,  
Publicè  
Discutiendam proponit  
FRIDERICUS VVETTER  
Riga-Livonus Auctor & Respondens.

In Collegio magno ad diem 14 Junij  
horis à sexta matutinis.



ROSTOCHII  
Typis JOACHIMI PEDANI

ANNO M. DC. XVII.

*Reverendo, Clarissimo & Excellentissimo Viro In. JOHANNI CURVINO SS. Theol. Licent. ac. & Regio. Cons. Præsidi in Riga, primario, & Div. Nicolai Archiepiscopi, Cantuariensis, in univ. suo magno, honorando, presentandam offert. R.*



V I R O  
R E V E R E N D O,  
N O B I L I, C L A R I S S I M O  
E T E X C E L L E N T I S S I M O,  
D N. B A R T H O L D O K R A -  
K E W I Z I O,  
S. S. T h e o l o g i æ D o c t o r i, & P r o f e s s o r i i n  
c e l e b r i G r y p h s v a l d e n s i A c a d e m i a p u b l i c o,  
n e c n o n S u p e r a t t e n d e n t i P o m e r a n i æ  
c i t e r i o r i s v i g i l a n t i s -  
s i m o,

*Dn. Mæcenati, Patrono ac Promotori  
suo magno, reverenter colendo,*

Hanc de Ecclesia Dei *αὐθύμω*,  
ut sit aliqua reverentiæ &  
observantiæ debiti nota,

*Dicat, Offerat,*

FRIDERICUS WETTER  
Rigâ - Livonus,





ΣΥΝ ΘΕΩ.

DISPUTATIO

DE ECCLESIA.

**D**isputaturis nobis, auxiliante divina gratia, de Ecclesia Christi, opera pretium erit, prius derivationem vocabuli, veros Ecclesia titulos & divisiones examinare, postea demum ad definitionem ipsam pervenire.

THESIS I.



Icitur Ecclesia, ἡ ἐκκλησία παρὰ τὴν ἐκκαλεῖν, ab evocando, quasi diceret evocationem, (a) & quidem (secundum Symbolum Nicenum) U N A, (b) S A N C T A, (c) C A T H O L I C A (d) & A P O S T O L I C A (e)

1) In Veteri Testamento dicta fuit συναγωγή, id est, congregatio, de congregatione hominum ceu per convocationem facta. Quod vocabulum generalius est quam Ecclesiae. Nam & aquas congregari, dicitur Gen. 1. v. 9. usurpatur etiam de exercitu, Ezech. 38. v. 4. 7. 13. Ideoque ad differentiam Novi Testamenti, vocarunt Apostoli eam ἐκκλησίαν, id est, evocationem, quasi ex omnibus hujus vitae sordibus & carnalibus concupiscentijs Rom. 12. v. 2. 1. Pet. 2. v. 12, ad novitatem vitae Rom. 7. v. 6, & regnum Dei Mat. 3. v. 2, vel ex tenebris in lucem 1. Pet. 2. v. 9. Id autem ex tribus rationibus. 1. voluerunt eo distinguere carum Christianorum à Judaeorum Synagogis & congregationibus. 2. Quia N. T. Ecclesia constabat ex omnibus linguis & populis, Mat. 28. v. 9. Marc. 16. v. 15. Contra in Veteri Testamento illa in specie & principaliter ad Judaeos adstricta erat. Jer. 31. v. 9. Exod. 19. v. 6. Syr. 24. v. 6. 3. Quia hoc vocabulum usitatum fuit alijs quoque Gentibus de honestis conventibus & evocativis caribus. Quamquam etiam Jacobus & Johannes vocabulo συναγωγῆς usi sint, ut Jacob. 2. v. 2. Apoc. 2. v. 9. Item auctor ad Heb. 10. v. 25. Quia autem vocabulū Ecclesiae generale est respectu

estuum politicorum & profanorum, qui etiam, Ecclesie vocabulo exprimum-  
 tur, ut, in Actis. c. 19. v. 33. 39. 40. ideo à Scriptura vocatur Ecclesia Dei Act. 20.  
 v. 28. 1. Cor. 10. v. 33. c. 11. v. 16. 1. Thes. 1. v. 1. c. 2. v. 14. 1. Timoth. 3. v. 15,  
 Ecclesia Christi, Rom. 6. v. 16. Col. 1. v. 24. Mat. 16. v. 18, Ecclesia Jehovæ seu  
 78 21 28. Mich. 2. v. 5. Hic quaeritur: *An illi, qui doctissimi fuerunt olim, vir-  
 tusissimi & coram mundo sanctissimi, sed non evocati ad congregationem hanc, ut  
 Cicero, Demosthenes, Aristoteles & alij, salventur? N. I. Ex promissione Dei, qui se  
 Deum tantum fore suis, scilicet rectè ipsum agnoscentibus, promisit. Gen. 17 v. 7.  
 Bro Deus tuus & seminis tui post te. Atqui semen illud Ecclesia est. Rom. 9. v. 4.  
 1. Pet. 2. v. 9. Ergo, cum Cicero, Demosthenes, Aristoteles, in Ecclesia non fuerint,  
 salvati non sunt. II. Ex proprietate fidei Christianæ, sine qua nemo salvatur. Semen  
 mulieris coneret caput serpentis Gen. 3. v. 15. Semen autem mulieris, virginis Filius  
 est. Esai. 7. v. 14. virginis Filius, Christus. Luc. 2. v. 7. in quem tantum qui cred-  
 dit & baptisatus fuerit, salvatur. Mar. 16. v. 16. Act. 4. v. 12. Joh. 14. v. 6. Ergo  
 cum hi non crediderint in semen mulieris, virginis Filium, Christum, nec sal-  
 vati sunt. III. Ex conditione irrogeniti. 1. Cor. 2. v. 14: Animalis homo non per-  
 cipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Et Rom. 8. v. 7: sapientia carnis inimica est Deo. Ergo  
 cum animales homines fuerint, carnalisq; sapientia eorum, salvati non sunt.  
 Quaeritur 2. *An etiam condemnare liceat in Ecclesia hac hæreticos? A. I. Ex ne-  
 cessitate. Act. 20. v. 28. inquit Paulus: Attendite vobis & cuncto gregi ad regen-  
 dum Ecclesiam: nam & lupi rapaces ingressuri sunt eam. Idedq; Clama & non  
 cessa. Esa. 58. v. 1, argue, increpa: 2. Tim. 4. v. 2. ut potens sis exhortari per do-  
 ctrinam sanam & contradicentes convincere. Tit. 1. v. 9. Idq; tempestivè intempe-  
 stivè 2. Tim. 4. v. 2. deniq; sic, ut ædifices & plantes, evellas & destruas Jerem. 1. v. 10.  
 Jam quomodo regenda Ecclesia, ne lupi rapaces ingrediantur, nisi & arguatur & in-  
 crepetur in ea? quomodo arguetur & increpabitur, nisi & contradicens convinca-  
 tur? quo sine autem convincetur, nisi aut ad ædificationem, aut plantationem, aut  
 evulsionem, aut destructionem? Id autem quomodo; nisi aut salvando aut da-  
 mnando? Ergo damnare hæreticos, ut hæreticos, in Ecclesia licet. II. Ex testimonijs.  
 Johan. 6. v. 47 inquit Christus: Amen, Amen, dico vobis, quicumq; credit in  
 me habet vitam æternam c. 12. v. 46, non manebit in tenebris. v. 56, erit filius  
 lucis. Contrà: qui non crediderit, condemnabitur. Mar. 16. v. 16. III. Ab exem-  
 plis. Christi, damnantis Judeos ut filios ex patre Diabolo. Johan. 8. v. 44. Petri,  
 execrantis Simonem Magum ut perditionis filium. Act. 8. v. 20. Pauli, nominantis  
 Elymam filium Diaboli. Act. 13. v. 10. Elia, damnantis Baalitas. 4. Reg. 1. v. 18. 23.  
 Michea, iidem Pseudoprophetas. 1. Reg. 2. v. 14. Jeremia, insensibilissimos pseudo-  
 prophetas plures. Jerem. 27. v. 9. & 28. v. 15. & 29. &c. Manet ergo conclusio vera,  
 scilicet, damnare hæreticos in Ecclesia licet. Quaeritur 3. *Num & perstringere eos  
 vel nominare liceat? Omnino. I. Nam, monet Apostolus Paulus, ut potens sit  
 servus***

servus Dei per sanam doctrinam exhortari contradicentes & eos convincere. Tit. 1. v. 9. eis os obturare. Tit. 1. v. 11. neq; ullo modo terreatur vel perturbetur. 1. Pet. 3. v. 14. Jm quomodo convincer contradicentem, quomodo os ei obturabit, & quidem attendendo sibi & gregi suo ne seducatur, Act. 20. v. 28. nisi & nominet eos, vel dicat, cavete vobis ab his vel illis ita vel secus docentibus? Ergo nominare hæreticos in Ecclesia licet. II. *At testimonijs Christi & Apostolorum*, Mat. 7. v. 15. Cavete vobis à pseudoprophetis. Mat. 16. v. 6. à fermento Pharisæorum. Mat. 17. v. 14. mittite eos. Item, Probate Spiritus an sint ex Deo. 1. Johan. 4. v. 1. Probate omnia & bonum retinete. 1. Thessal. 5. v. 20. neq; varijs doctrinis circumferamini. Heb. 13. v. 9. Ephes. 4. v. 14. usq; adeo, ne ave seductoribus dicatis. 2. Ioh. v. 10. Id autem quomodo fiet, nisi noti nobis fuerint; & hoc quomodo, nisi tam doctrinam quam nominibus? Ergo nominare hæreticos in Ecclesia licet. III. *Ab exemplis Christi*, nominantis Pharisæos. Mat. 16. v. 2, *Pauli*, nominantis Hymenæum & Philerum. 2. Tim. 2. v. 17, item Alexandrum fabrum. 2. Tim. 4. v. 14. *Elie*, appellantis Baalitas. 1. Reg. 18. v. 23, 24. *Johannis*, Nicolaitas. Apoc. 1. Deniq; & Patrum, *Jrenæi* exprimentis Ebionem & Cerinthum. lib. 1. adv. hæres. c. 23, *Polycarpi*, dicentis Marcionem primogenitum Satanæ. Jren. lib. 3. c. 3. adv. hæres. *Augustini* damnantis Donatistas, Pelagianos & alios, *Cyrilli*, Nestorianos, *Lutheri* item, nominetenus exprimentis tota agmina hæreticorum, ut, Anabaptistarum, Antinomorum, Servetianorum, Campanistarum & aliorum plurium, Tom. 1. Jenen. & alibi, Ergo manet conclusio, scilicet, nominare hæreticos in Ecclesia licet.

b) *Una dicitur*. 1. ratione unius Dei Patris, Filij & S. Sancti, in uno fundamento & capite, quod est Christus, ejusq; membra & articuli nos sumus omnes, per lavacrum Baptismi ipsi corpori inserti. Deut. 6. v. 4: Abdi Israel Dominus Deus noster, Deus Jehova vnus est. Neq; fundamentum aliud potest poni, præter id quod positum est, Christus. 1. Cor. 3. v. 11. quem etiam induimus, quicumq; baptisati sumus. Gal. 3. v. 27. Rom. 6. v. 3. per unum Spiritum in unum corpus. 1. Cor. 12. v. 31, ut membra ejus & corporis ejusdem. Ephes. 5. v. 3, 2. Ratiõe unius Evangelij, fidei & Sacramentorum. Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Ephes. 4. v. 5. Deniq; 3. ratione unius vitæ æternæ, & conjunctionis omnium membrorum cum eodem corpore. Πολύτροπα nostrum in coelis est, ex quo servatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui transfigurabit corpus nostrum humile, ut conforme reddat corpori suo glorioso. Phil. 3. v. 21. Inò, in quo modò surreximus, per fidem operationis Dei, consepulti simul cum eo per Baptismum. Col. 2. v. 12. *Queritur hïc*. 1. *An Unitas vel consensus Doctorum sit vera vera Ecclesie nota?* Affirmamus quidem veram religionem esse unam, atq; adeo in illa consentire debere omnes auditores, multo magis doctores; non tamen contra, ubi consensus & unitas doctorum est, ibi est vera Ecclesia. Breviter: Non simplex in doctrina concordia, sed concordia in doctrina Christi & Apostolorum veritatis signum & documentum censetur. Nam quamvis Christiani unum dicantur,



quis sunt ab uno Deo, à quo vocantur; ab vno Christo, cui velut uni capiti <sup>sub</sup> <sup>scribuntur</sup> <sup>et</sup> <sup>in</sup> <sup>uno</sup> <sup>Spiritu</sup>, in quo coalescunt; ad unum finem, scilicet, vitam æternam, quò collimant, tamen in primis etiam unum sunt, respectu fidei & doctrinæ unius, quam præsententur, & in qua una & salvifica maximè omnes convenire debent.

Hinc. I. Ephes. 4. v. 5. una fides dicitur, Imò à veris Christianis hoc maximo-pere requiritur, ut sint *ὁμόψυχοι τὸ ἐν φρονήσει*, unanimes & idem sentientes. Phil. 2. v. 2. II. Hinc etiam unitas illa olim præfigurata fuit per unam arcam Nohe Gen. 6. v. 14, per unam vineam Psal. 80. v. 9, per unum hortum Cant. 4. v. 12, per unam columbam Cant. 6, per unum ovile. Joh. 10. v. 10. III. Præterea hoc videre est ex his Scripturæ locis. Multi unum corpus sumus. Rom. 12. v. 5. Omnes vos *ἐἴ*, unus estis in Christo Jesu Gal. 3. v. 28. deniq; : Deus ipse non Deus dissensionis est, sed pacis. 1. Cor. 14 v. 33. Distinguendum autem est inter *Unitatem absolutam*, hoc est, perfectissimam omninq; dissensionis expertem, & inter *Unitatem limitatam* seu aliqualem ac fundamentalem, quæ in confessione & consensu principalium articulorum consistit. Illa in Ecclesia nunquam reperitur: quia homines sumus & in minus principalibus articulis facillè errare possumus: hæc vero in ea datur. Nam fieri potest ut in nonnullis veræ Ecclesiæ membris error sit, vel in fidei capitibus minus principalibus, vel in ceremonijs, vel in scripturæ textibus exponendis, alijsq; similibus ipsum tamen fundamentum salutis non evertentibus. Idq; ex sequentibus causis, 1. ob mentis humanæ cæcietatem: 2. mysteriorum fidei sublimitatem: 3. hominum *Φιλατίας*: 4. Doctorem negligentiam: 5. Satanz malitiam. Sic litigarunt inter se Moses ac Aaron & soror Maria. Rixati sunt cum Petro multi pii, quod Evangelium proposuerit gentibus Act. 11. v. 2, Petro restitit Paulus Gal. 2. v. 11, Paulo Barnabas. Act. 15. v. 39, sic in Ecclesia Corinthiaca fuerunt dissidia, cum alij starent à partibus Pauli, alij Petri, alij Apollinis. 1. Cor. 1. v. 12. Tempore *Cypriani* dissentiebat *Concilium Africanum* de rebaptisandis ijs quos hæretici baptisaverant. Discordabat *Hieronymus* ab *Augustino* de operibus legis, ex quibus neminem justificari affirmat Paulus; alter ceremonialia, alter moralia opera intelligebat. Certabant inter se *Chrysostomus* & *Epiphanius* de libris & doctrina Origenis. Nec levis controversia fuit inter *Basilium* & *Ecclesiam Cesariensem*, de Ecclesiasticis cantionibus & ceremonijs, itemq; inter *Cyprianum* Archiepiscopum Africæ & *Papam Cornelium*, sibi primatum super Ecclesias Africanas rapientem, uti constat ex epistolis *Cypriani*. sed quid, dum hanc unitatem affirmo, tu grunnire videris *Suita*? In nostra Ecclesia Romana est talis consensus, consensus amplissimus Doctorem, & unitas firmissima. E. est vera Ecclesia. Non argumentum hoc ex Apollinis tripode haustum, sed est physiconis oleaticeto reperitum, stygeq; non acrinâ gelidius. Quod sic demonstro, ex tua hypothesi: Consensus amplissimus & unitas firmissima est nota sic veræ Ecclesiæ. At in Ecclesia Tercica fortiter consentiunt Doctores ejus. E. est vera Ecclesia! vides d. homugio.

homuncio, qui fungum pro cerebro habes & peponem pro corde, quid parturis. Ipse Thoma dicente super Ephes. 4. lect. prim. duplex est unitas, altera *bona*, altera *mala*. Ut enim fideles in vero & bono consentiunt, sic infideles in falso & malo. Una est Ecclesia Dei, una etiam Diaboli & Babylon, inquit Augustinus in libris de civit. Dei. Quare propositio hæc non est absolute vera: Ubi unquam vera Christi Ecclesia, ibi etiam in una fide & doctrina est vera doctorum unitas seu consensus: Et ubi unquam consensus & unitas Doctorum, ibi est & vera Ecclesia. Nam confirmarentur hæc ipso omnes hæreses, quæ sunt in toto mundo, & omnium pessimæ Idolomaniz. Nam & *Judei* ut olim negabant *Jesum Nazarenum* esse *Mesiam* & *Salvatorem mundi*, ita in eodem errore nunc quoque perseverant, & firmiter consentiunt. Sic cogita *Pharisæismum*, *Paganismum*, *Arianismum*, &c, & in ijs quoque consensionem deprehendes. Ita totus Israel consensiebat in idololatria: Omnes sacerdotes Baalitici conspirabant contra Michæam: totus populus tempore Jeremiæ contra verum Dei cultum: tota cohors Pharisæorum & Scribarum contra Christum: tota civitas Ephesorum pro Dianæ Idolo contra Paulum Act. 19. v. 28. & 29. Denique Antichristum unanimiter omnes & consenserunt esse secuturos, legitur in Apocalypsi Johannis. c. 13. v. 16.

c) *Sancta* vocatur. 1. tum *ex causa efficiente principali*, Christo: qui eam sanctificat, mundans lavacro aquæ per verbum Ephes. 5. v. 26. Quo ipso etiam distinguitur ab alia Ecclesia, impuro verbo innitente, quæ Apoc. 2. v. 9. & 3. v. 9 dicitur Synagoga Satanzæ: & Ecclesia malignantium Psal. 26. v. 5. 2. *Ex causa instrumentali*, tum exhibente & offerente, verbo, Sacramentis: tum recipiente seu apprehendente, fide. Nam verbo suo Deus sanctificat credentes Ioh. 17. v. 17, vocatione sancta. 2. Timoth. 1. v. 9, per S. Sanctum arthabonem hereditatis. 2. Cor. 1. v. 22. Ephes. 1. v. 13. & 14, & lavacro aquæ, quo purgantur, Ephes. 5. v. 26, fide, quâ purificantur. Act. 15. v. 9. 3. *Ex causa formali*, imputata ei per fidem sanctitate Christi. Qui credit in eum justificatus est 1. Cor. 1. v. 30. & Act. 13. v. 39. justitia Christi in omnes & super omnes, qui credunt Rom. 3. v. 22. non justificatur ullus homo nisi fide; ibidem v. 28. &c. 4. *Ex causa finali*, quia tota, & quotquot in ea sunt, seu scopo ultimo, ad summam sanctitatem in vita æterna contendit. Ephes. 5. v. 27: ut adhereret eam sibi gloriosam sponsam non habentem maculam aut rugam, aut quicquid ejusmodi, sed ut esset Sancta & irreprehensibilis. Quæritur. *An etiam impij, hypocritæ, & peccatores in ea reperiantur?* A. Nam quamvis Sancta Ecclesia vocetur, non tamen adeo pura est, quin semper putridis & malis membris magno numero scateat. Probat. I. *Ex Christi similitudinibus & parabolis*. Nam confertur. 1. cum agro ferente triticum & Zizania Mat. 13. v. 24. 2. cum ferriculo continente pisces bonos & malos, ibidem v. 47. 3. cum arca in qua triticum depositum est & paleæ Mat. 3. v. 12. 4. cum nuptijs quibus intersunt boni

boni & mali. Mat. 22. v. 10. & 12. 5, cum *Virginibus* prudentibus & fatuis. Mat. 25. v. 1. 6, cum *arборе* habente ramos virides & aridos. Luc. 13. v. 7. 7, cum *ovili*, in quo sunt oves & hirci. Joh. 10. v. 1. 8, cum *hite*, in qua sunt multi palmites steriles. Joh. 15. v. 1. 9, cum *magna domo*, in qua sunt quædam vasa aurea, quædam argentea, quædam lignea, quædam fictilia. 1. Tim. 3. v. 15. & 2. Tim. 2. v. 20. Quæ sanè omnia, multa putrida membra & scelestos homines in Ecclesia esse docent. I I. Paret hoc etiam ex ipso Dei decalogo, contra quem omnes homines peccant, qui sunt in toto mundo, non tamen æqualiter & eodem modo. Unde passim condemnat Sacra scriptura hunc ob Idololatriam, illum ob avaritiam, tertium ob homicidium, quartum ob adulterium, quintum ob commissum furtum, & sic consequenter. II I. *Ab exemplis*, *Caini*, tempore Adami, Abelem fratrem occidentis: *Chami*, hypocritæ junioris filij *Nohæ*: *Jsmaelis*, in Ecclesia Abrahami latentis: *Esabi*, in Ecclesia domestica Isaaci degentis: *Rubeni*, *Jude*, *Simeonis* ac *Levi*, gliscientium in Ecclesia Jacobi: *Zeporæ* uxoris Moysi fæderis divini contemptricis: *Jfraelitica*, Ecclesiæ, quæ nunquam hypocritis & infidelibus caruit: deniq; *pharisæorum*, *Scribarum*, *disitum*, & maximæ partis populi, tempore Christi. Usq; adeo nunquam purus inventus fuit Ecclesiæ status, sed semper mixtus fuit hypocritis, mixtus impijs, & varijs variorum scelerum scelestis hominibus. Quare sic concludo: Ecclesia Christi comparatur rebus tam bonum quam malum simul in se comprehendentibus: in eaq; peccatur quoridie contra omnia decalogi præcepta: etiam exempla habet impiorum, hypocritarum, inde à tempore Adami. E impij, hypocritæ & peccatores in ea reperiuntur.

d) *Catholica* dicitur. 1. respectu Ecclesiæ universalis, & tam V. quam N. Testamenti simul. Veteris Testamenti quidem; quatenus eandem doctrinam complectitur cum N. Testamento, de venturo Messia mundi in carne, Christo, in qua fide etiam salvati sunt patres nostri. Act. 15. v. 11: Nunc ergo quid tentatis Deum, ut imponatur jugum super cervices discipulorum quod neq; patres nostri neq; nos portare potuimus: sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus nos salvari sicut & illi. Novi Testamenti autem; quatenus eundem exhibitum esse credimus, *ipsūq;* pro salvatore & Redemptore mundi agnoscimus. 2. dicitur *Catholica*, respectu N. T. tantum & ejusdem veræ & unius fidei seu doctrinæ, quatenus est *ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ* in universo orbe Psal. 19. v. 5. Mat. 26. v. 13. Marc. 14. v. 9. Act. 1. v. 8. c. 2. v. 5. Col. 1. v. 6, per Evangelij propagationem collecta, tam ex Iudæis, quam Gentibus. Mat. 28. v. 9. Mar. 16. v. 5. Luc. 24. v. 47. Act. 10. v. 35. Ephes. 2. v. 14. & 15. Atqui hoc modo opponitur tam veteris Testamenti Ecclesiæ, quod illa principaliter & ordinariè ex uno populo constituebatur scil. Iudaico. Exod. 4. v. 27. Deut. 32. v. 11. Psal. 114. v. 19. Jer. 31. v. 9. & 20. Eccles. 24. v. 16. Rom. 3. v. 9. c. 9. v. 4, quam omnibus alijs etiam conventiculis hæreticorum. 3. Vocatur *Catholica*, ob differentiam multarum in orbe Ecclesia-

rum

rum particularium, quæ hinc illinc per totum terrarum orbem sunt dispersæ, at  
 convenientes in una fide, & sic ex multis partibus demum totum constituentes.  
 Quapropter etiam vocantur, Ecclesiæ *κρτ' οἰκον*, Rom. 16. v. 5. & 1. Cor. 16. v. 19  
*αι ἐκκλησίαι τῆς Ἀσίας*. Item: pervenit sermo ad auras Ecclesiæ, quæ  
 erat Hierosolymis, Actor. 17. v. 22, quæ erat Antiochiæ, Actor. 13. v. 12 Saluta-  
 Nympham & Ecclesiam, quæ in domo ejus est, Col. 4. v. 15. Gratia sit tibi &  
 quæ domi tuæ est, Ecclesiæ, Philem. v. 2. Hinc epistolæ Petri, Iohannis & Ia-  
 cobi, quia non certis peculiaribus Ecclesiis sunt inscriptæ, ideo hoc nomi-  
 ne, *Catholicæ* appellantur. Quæritur. I. Num Ecclesiam Catholicam semper  
 per omnes fines terræ, oporteat esse diffusam? N. I. Ex *Encomijs Ecclesiæ*: Vocatur  
 enim illa ab ipso Christo, pusillus grex, Luc. 12. v. 32. Præterea, cum venerit Fi-  
 lius hominis, an reperiturus est fidem in terra? Luc. 18. v. 8: sanè venient dies,  
 quando desiderabitis videre unum dierum, filij hominis; nec videbitis, Luc. 17.  
 v. 22. Et ex hoc, quod omnes ferè gentes secutura sunt meretricem Babylonica-  
 cam, Apoc. 17. v. 24. Quæ sanè, parvam esse Ecclesiam docent, & imprimis,  
 his novissimis mundi temporibus. II. *Ab Exemplis*. In V. Testamento tem-  
 pore Nohæ, invalescentibus, doctrinâ falsâ Cainitis, Ecclesia vera tantum in Nohæ  
 ædibus claudabatur. Ea ipsa post diluvium sub Patriarchis, sibi continua serie  
 succedentibus, propè domestica servabatur: paucis admodum nonnullis, eam in  
 alijs terrarum oris profitentibus. Sic, nec minùs Catholica esse perrexit, cum intra  
 unius Palestinæ fines, coarctaretur: & postea Eliæ tempore, ad mirandam pauci-  
 tatem redigeretur, conquerentis: Domine, solus ego relictus sum, interfectis omni-  
 bus veri Dei reliquis cultoribus. Ita Ierémix tempore, omnes sacerdotes & totus  
 populus in idololatricis cultibus insaniebant, nec ullus Propheta inveniebatur, qui  
 cum Deo sentiret, ut patet, 2. Paralip. 15. v. 3. & Jer. 6. v. 13. Ezech. 7. v. 26. &c.  
 Deniq; in Novo Testamento, tempore nascentis Christi, Ecclesia è raris fidelibus  
 collecta fuit, scilicet, Simeone, Pastoribus, Iosepho, Maria, Zacharia, Anna Pro-  
 phetissa, Elisabetha, & alijs nonnullis, redemptionem Israelis expectantibus.  
 Quid dicam de primis illis, post Christi in cælos ascensum annis, cum Evange-  
 lium inter gentes illas, à Judæa procul disitas, haud fuisset sparsum, sed adhuc  
 tantum intra Judæam, Galilæam, Samariam, & Antiochiam comprehenderetur:  
 an tunc Ecclesia Catholica non fuit? vel, an tum Catholicæ nomen amisit? III.  
*Ex absurdo*. Si Catholicum, hoc loco idem esset, quod latissimè patens, Arianismum,  
 imò Epicureismum hæctenus Catholicum fuisse, sequeretur. Quia nullum datur  
 regnum, nulla natio, in qua non multi eorum reperiantur, imprimis Epicurei.  
 At, postremum hoc est absurdum. Ergo. IV. Neq; *duratio religionis*, quam imprimis  
 etiam urgent Pontificij, per multa secula, Catholicismum probat, quia sequeretur  
 Arianam hæresin esse Catholicam: quoniam statim post ascensionem Christi,  
 illa in Ecclesia esse cæpit, auctoribus, Ebione & Cerintho, & per omnia secula ad  
 hoc usq; tempus duravit: sicuti in Polonia, Borussia & Transylvania tales quam

plurimi inveniuntur. Unde etiam scite Nazianzenus dixit, *serm. contra Arianos*: Ubinam illi sunt, qui multitudine Ecclesiam definiunt, & gregem parvum aspernantur? Et Augustinus, in *Psal. 39*: Si iustus es, noli enumerare, sed appende! multi sunt incedentes latas vias, & quis numerat? pauci autem per vias angustas incedunt. Queritur, 2. An Ecclesia Catholica (in hoc seculo) augetur & diminuitur: nec ex certo & finito hominum numero constat? A. omnino. Nam verissime Ecclesia, cum statu & conditione Lunæ comparatur, quæ, quemadmodum pro diversa ad solem habitudine, *Phases* vel aspectus suos mutat: sic & illa, quæ Solem tantum suum Iustitiæ respicit, nempe Christum, Mal. 4. v. 2, etiam incrementis suis pro ratione fidei & doctrinæ, quâ vel propius ad eum accedit, vel longius discedit, ab ipso distinguitur. Et dantur ejus mutationes in hoc N. T. potissimum quatuor, 1. Erat pulchrè ornata tempore Apostolorum & Martyrum, ubi quidem ob persecutiones latebat, tamen quoad puritatem fidei (de qua hîc unice sermo) verè fulgebat. 2. Erat nonnihil maculata tempore hæreticorum & Patrum, ubi à prisca simplicitate paulatim deflecebatur, & humanæ opiniones ac traditiones subinde, admiscebantur. 3. Erat prorsus deformata tempore dominantis Romani Pontificis, sub cuius tyrannide, totum corpus doctrinæ celestis miserè laceratum & disiectum fuit. Deniq; 4. Ex singulari Dei providentiâ ultimis hisce temporibus denuo est reformata, & pristino fidei veræ Apostolicæ nitore, restituta, præcisè omnibus superstitionibus & humanis additamentis. *Ut habet. D. Balthas. Meisner. in consultat. sua Catholica, contra Lessium p. 1.* Distinguimus etiam inter Ecclesiam Militantem & Triumphantem, Augetur Ecclesia, quatenus militans, quæ partim floret in tranquillis temporibus, partim later in persecutionibus: non autem augetur, quatenus Triumphans.

e) Apostolica dicitur, 1. quatenus in quavis orbis parte, super fundamentum Prophetarum & Apostolorum, unice est exstructa & plantata. Ephes. 2. v. 20: superstructi estis super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Fundamentum autem, nemo potest ponere aliud, præter id, quod positum est, quod est Christus, 1. Cor. 3. v. 11: de quo etiam omnes Prophetæ testimonium ferunt, Act. 10. v. 43. & in quo, omnes salvamur, sicut & illi, Act. 15. v. 11. 2. dicitur Apostolica, quatenus doctrinâ ab Apostolis traditam & conscriptam, fideliter conservat, adq; posteritatem transmittit. Unde & columna, & firmamentum veritatis, dicitur 1. Tim. 3. v. 15: Hæc tibi scribo, sperans fore ut veniam ad te citò: quod si tardius venero, ut noris, quomodo oporteat in domo Dei, versari, quæ est Dei viventis columna & stabilimentum veritatis. Queritur, An supra sacram scripturam sit Ecclesia, & auctoritatem, S. Scripturæ, ab illa habeat? N. I. Ex ratione. Nullus effectus, est præstantior suâ causâ. At Ecclesia est effectus S. Scripturæ. E. non ea est præstantior. Probatur minor: Ephes. 2. v. 19. Jer. 8. v. 9. 1. Cor. 3. v. 2. Act. 10. v. 43. & c. 15. v. 11 & similibus. I. I. Ex testimonio,

*njs Scriptura*: quod sine ea Ecclesia non consistat. Verbum tuum Domine, est lucerna pedibus meis, Psal. 119. Illud tantum testatur de Christo, Joh. 5. v. 39: reddit nos eruditos ad salutem 2. Tim. 3. v. 15: de vera fide nos informat, Ioh. 20. v. ult. & ei soli debemus attendere, 2. Pet. 1. v. 19: ut cognoscamus Spiritum veritatis & spiritum erroris, 1. Ioh. 4. v. 6. Unde *Tertullianus adversus Hermogenem*: Nobis enim curiositate opus non est post Christum, nec inquisitione post Evangelium, &c. III. *Ex necessitate*: quoniam nullam omnino hæresin, nullam controversiam decidere & refutare potest Ecclesia, sine S. Scriptura. Si non dixerint juxta verbum hoc, non erit eis maritima lux, Ies. 8. v. 20. Nam, illud est malleus conterens petras. Ier. 23. v. 29, gladius Spiritus, Eph. 6. v. 17, firmus sermo, cui soli attendamus. 2. Pet. 1. v. 19. Et, omnis scriptura divinitus inspirata, est utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem & ad institutionem, 2. Tim. 3. v. 16. IV. *Ab exemplis. Christus* ex ea respondit ad controversias Phariseorum, Mat. 19. v. 4. 5, Saducæorum, Mat. 21. v. 13. 16, ad controversiam de legis impletionem, Luc. 10. v. 26: de sua divinitate: Psal. 119. v. 3. 4. Mat. 21. v. 42. *Petrus*, ex ea sola probat, Iesum esse promissum Messiam, Act. 2. v. 3. c. 3. v. 22. c. 4. v. 11. c. 10. v. 43. *Paulus*, ex ea sola suas, cum Iudæis, decidit controversias, Act. 24. v. 14. c. 25. v. 8. c. 26. v. 22: & controversiam de justificatione, Rom. 1. v. 17. c. 2. v. 13. c. 3. v. 20. c. 4. v. 5. c. 10. v. 11. 13. 16. Gal. 2. v. 16. c. 3. v. 11. c. 4. v. 30. 31: & controversiam de persona Salvatoris, Eph. 1. v. 3. c. 4. v. 7. Deniq; testantur id etiam exempla V. testamenti: *Davidis*, 1. Paralip. 16. v. 40, *Josaphati*, 2. Paralip. 17. v. 9. & 10, *Ezechie* 2. Paralip. 30. v. 5. c. 31. v. 2. 20. 21, *Jesie*, 4. Reg. 22. v. 13. c. 23. v. 2. 1. Paralip. 34. v. 21, & *Esaræ*, Nehem. 8. v. 2. 3. & seq. Unde rectè sic argumentor: Sine sacra scriptura Ecclesia non consistit: nec controversias dirimere potest: uri ex S. Scriptura, tantum Christus & ejus Apostoli eas diremerunt. E. Ecclesia supra sacram scripturam non est, nec sacra scriptura auctoritatem ab Ecclesia habet. Unde etiam verè *Augustinus* dixit, *de unitat. Eccles. c. 5*: Non audiamus hæc dico, hæc dicis; sed audiamus, hæc dicit Dominus. Et *Basilus epist. 85. ad Eustathium*: Igitur scriptura, divinitus inspirata arbiter à nobis constituitur.

## II.

Dividitur Ecclesia in Visibilem (f) & Invisibilem: (g)  
 Universalem (h) & Particularem: (i) Militantem (k)  
 & Triumphantem. (l)

f) *Visibilis* dicitur, propter verbi Divini prædicationem & legitimam Sacramentorum administrationem: quæ palàm videntur, & in omnium hominum oculos incurrunt, ut & alia externa Ecclesiæ officia. David inquit: In omnem terram exivit sonus eorum, Psal. 19, & Psal. 83, O quàm dilecta tabernacula tua-

Hinc Ecclesia civitas est, super montem posita, & sicut lucerna non sub modico oculata, sed supra candelabrum posita, Mat. 5. v. 15. Quæritur. *Cum invisibilis sit Ecclesia, an ideo capite invisibili opus habeat?* N. I. *Ex titulis & honoribus Christi*, qui solus caput & sponsus Ecclesie dicitur, & nos membra ejus. 1. Cor. 12. v. 12. Quemadmodum corpus unum est, & membra habet multa, omnia vero membra corporis unius, multa cum sint, unum sunt corpus, sic & Christus. Qui ipse est caput Ecclesie, Col. 1. v. 18; quæ est corpus illius, Ephes. 1. v. v. 23. Et caput datum Ecclesie super omnia, v. 22, ut & nos adolescamus in illum per omnia, Ephes. 4. v. 15. Sic, solus ipse etiam est sponsus suæ Ecclesie, & illam solam solum sanctificat, tuetur, defendit & regit. 2. Cor. 11. v. 2, Adjunxi vos uni viro, ut virginem castam exhiberetis, Christo. Item, Rom. 7. v. 4, in Cantico canticorum Salomonis toto, Psal. 45. Esa. 54. & 62. Apoc. 22. & similibus. II. *Ex prohibitione*. Prorsus, enim, Christus omnem dominationem suis Apostolis & discipulis prohibuerat, Mat. 18. v. 8. Mar. 9. v. 35. Luc. 22. v. 25. 26. Et idem officium, eandemq; potestatem, ex æquo, omnibus contulerat, Mat. 10. v. 1. c. 18. v. 18. c. 28. v. 19 & 20. Mar. 16. v. 15. & 16. Luc. 9. v. 1. Ioh. 20. v. 21. & 23. 2. Cor. 5. v. 20. Adde, III. quia super Christum tantum, ut angularem lapidem, Ecclesia extructa est: cujus fundamenti respectu, minimè visibili quodam capite indiget. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus, 1. Cor. 3. v. 11: ipso summo angulari lapide existente, Ephes. 2. v. 20: qui lapis vivus est, electus, pretiosus, 1. Pet. 2. v. 6: lapis rejectus ante ab ædificantibus, Psal. 118. v. 22. Mat. 21. v. 42. Mar. 12. v. 10. Luc. 20. v. 17. Act. 4. v. 11: apud Deum vero electus ac pretiosus, 1. Pet. 2. v. 4: ut omnis qui credit in eum non pudeat, Ies. 28. v. 16. 1. Cor. 10. v. 4: sed vitam æternam habeat, Act. 4. v. 12. Rom. 9. v. 33.

g) *Invisibilis* dicitur, propter fidem renatorum, & electionem electorum. Hi humanis oculis perspicere non possunt, sed sunt singularis cœtus credentium, in ipso visibili cœtu existens, & Deo soli, ut scrutatori cordium unico notus. Homo videt ea quæ apparent: Dominus autem intuetur cor, 1. Sam. 16. v. 7: solus noscit cor omnium filiorum, 1. Reg. 8. v. 39. Quare, novit solus qui sunt sui, 2. Tim. 2. v. 9: neq; regnum Dei venit cum observatione, Luc. 17. v. 10, sed, Spiritus, ubi vult, spirat, Ioh. 3. v. 8: & ornatus sponsus Christi internus est, Psal. 45. v. 14, scil. occultus homo cordis, 1. Pet. 3. v. 4. Rom. 2. v. 28. & Col. 3. v. 3: &c. uti etiam exemplum 7000. virorum, latitantium tempore Eliaz, 1. Reg. 19. v. 18. ostendit. Quæritur. *An in invisibili hac Ecclesia, Electi, ita errare possint, ut gratiam Dei, fidem & S. Sanctum amittant?* A. I. *Ex promissionibus persistentie*, quæ conditionales sunt, Ioh. 8. v. 12: Qui me sequitur, non ambulabit in tenebris; Col. 1. v. 23, Qui permanferit in fide fundatus ac stabilis, nec dimovetur a spe Evangelij, salvus erit. Et, quicumq; iustus averterit se à justitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur, Ezec. 18. v. 26 vide bonitatem Dei, si permanferis in bonitate, alio

alioquin & tu excideris, Rom. 11. v. 22. II. Ab Exemplis. *David*, verus electus Dei fuit; sed postmodum homicidium commisit, uxoremq; alienam rapuit, Spiritu Sancto & gratia Dei excidit, ac per integrum annum impoenitens permanfit, 2. Sam. 11. v. 4. 13. 14. 15. & c. 12. v. 9. 10. *Aaron*, itidem verus electus Dei fuit; sed gratiam Dei fidem & S. Sanctum amisit, cum in adorationem vituli confessit, adorareq; idolum ipse populum iussit, Exod. 32. v. 2. 5. 21. 25. Deniq; ut paucis comprehendam, *Petrus*, verus electus Dei fuit, sed & ipse ter Iesum salvatorem suum abnegavit, Mat. 26. v. 27. Quare non minus fide & S. Sancto excidit. Nam quicumq; me abnegaverit coram hominibus & ipsum abnegabo coram patre meo, inquit Christus. Mat. 10. v. 33. Unde hunc cape Syllogismum. Promissiones persistentiæ omnium Sanctorum, conditionales sunt: Et David, Petrus & Aaron, excisionem passi sunt. Ergo Electi, in Invisibili Ecclesia, errare possunt, & quidem amittendo gratiam Dei, fidem & S. Sanctum. Verum distinguimus hic inter excisionem *totalem & finalem*: totaliter quidem excidere gratia, fide & S. Sancto possunt electi, sed non finaliter: quia in peccatis non perseverant, sed resipiscunt. Nam, impossibile est electos posse seduci, sed omnes salvantur, Rom. 11. v. 7. Mat. 24. v. 24. de qua distinctione etiam plura habebis in thesi tertia, sub lit. t.

b) Universalis dicitur. 1. respectu omnium fidelium, ab origine mundi usq; ad finem seculi, tam V. quam N. Testamenti: quorum alij jam in cælo cum Christo vivunt, & de peccato triumphant, alij, carne ad huc circumdati, in hac terra adversus peccatum, mundum & Satanam militant. Iuxta illud Pauli Rom. 8. v. 38. & 39. Mihi persuasum habeo, quod neq; mors, neq; vita, neq; angeli neq; principatus, neq; potestates neq; instantia, neq; futura &c. poterint nos separare à dilectione, quæ est in Christo Iesu. ita, Act. 15. v. 11, per gratiam Domini Iesu Christi, credimus salvari, sicut patres nostri. 2. vel respectu fidelium N. T. tantum, & ubivis locorum in his terris degentium, ut, Mat. 28. v. 9. Mar. 16. v. 15. Luc. 24. v. 47. Act. 1. v. 8. & c. 2. v. 5. Col. 1. v. 6. &c. Quæritur. *An Ecclesia Universalis, errare possit?* Ubi cautè nobis respondendum. Error enim fidei, duplex est. Nam, vel evertit ipsum fidei fundamentum, vel non, ut supra quoq; monuimus, hoc est, vel versatur circa articulos fidei *principales*, vel *minus principales*. Hoc respectu maximè errare potest, non autem illo, in ipso nempe fundamento, & secundum principales fidei articulos.

i) *Particularis* vocatur, quæ in certo aliquo loco vel provincia, per divinum sermonem est collecta, & unam eandemq; puram doctrinam, & in universali Ecclesia complectitur & colit. Quare etiam domestica dicitur, cum in peculiari loco collecta, ut, Rom. 16. v. 3. 5. 1. Cor. 16. v. 19. 18. Col. 4. v. 15. Philem. v. 2. Quæritur. *Utrum hac Ecclesia, ferè errat?* A. I. Huc propriè pertinent dicta illa, (quamvis alias etiam certo respectu, ad Universalem Ecclesiam spectent) Mat. 7.



v. 15 Cavete vobis à pseudoprophetis. 2. Cor. 12. v. 3, metuo ne corruptantur sensus vestri à simplicitate, quæ est in Christo. Act. 20. v. 30, Ex vobis orientur viri, qui loquentur perversa, vigilate. & v. 28, Attendite vobis ipsis & gregi. Quæ verè Ecclesiam seducere posse, à falsis fratribus & hæreticis, testantur, à verbo si puro deflexerit, & patulas aures citò obrepentibus præbuerit. II. patet & hoc ex exemplis tam V. quàm N. Testamenti. Tempore Patriarcharum, fuit Ecclesia in familijs eorum patrum, qui à Sem filio Nohe suam originem trahebant, in domo Heber, Phalegi, Regu, Nachor, Thare, Abraham & paucis alijs, idolorum autem cultum in illam Ecclesiam irrepsisse indubiè constat. Inprimis autem in Bathuelis familia, ubi Labanus frater Rebecce idola coluit, cum generum suum Jacobum insequens, conquireretur: Idola sua furtim sibi esse erepta & abducta: quæ Rachel Charissimæ uxor Jacobi abstulerat & occultaverat. Unde etiam reformatione opus erat, quam Jacobus mandato Domini ascensurus Luzam suscepit, convocata domo sua, inquit deos alienos, qui in medio vestri sunt. In Novo Instrumento erravit Ecclesia apud Galatas, qui ab initio quidem credebant, sed postea seducti fuerunt. Evacuati estis, inquit Paulus, à Christo, qui ex lege justificamini; ex gratia excidistis, Gal. 5. v. 4. item, erravit Ecclesia Ephesina, quæ quidem tentavit falsos Apostolos de initio, invenitq; mendaces & non defecit, sed postea tamen propter Charitatem, quam reliquit, maximè excidit, Apoc. 2. v. 2. 3. 5. Deniq; Ecclesia ipsa Romanensis, non minus recidivam passa fuit, cum paulò post Apostolorum tempora, à puritate fidei defecerit. Unde Ecclesias particulares verè errare posse conficitur.

k) Militans vocatur, propter infinitas illas tribulationes, calamitates, persecutiones, afflictiones, quibus in hoc seculo est subjecta: & quia perpetuò cum mundo, pravis carnis concupiscentijs, insensissimis Ecclesie persecutoribus, deniq; ipso Diabolo, dimicat & pugnat. Juxta illa: Omnes qui volunt piè vivere in Christo, persecutionem patientur, 2. Tim. 3. v. 12, afflictiones habebunt, Joh. 16. v. 33, odio habebuntur ab omnibus, Mat. 10. v. 22, probris afficientur. 1. Pet. 4. v. 14, plorabunt & lamentabuntur, contra mundus gaudebit, Joh. 16. v. 20. Et id quidem, quamdiu in vivis & carne erunt. Nam, militia est vita hominis super terram: & sicut dies mercenarij, dies ejus, Job. 7. v. 1, imò universa omnia, vanitas & afflictio Spiritus, Eccl. 1. v. 15. Deusq; solet suos, tanquam aurum in fornace probare, & quasi holocausti hostiam accipere: Sap. 3. v. 5. & 6.

l) *Triumphans* dicitur, quæ constat ex cœtu piorum & defunctorum, qui amplius in terris non sunt, sed carne & vita hac exuti, cum Christo in sempiterna lætitia & sinu Abrahæ vivunt: deq; carne, mundo & satana triumphant. Quod hæc in corruptione seminarur, in incorruptibilitate resurgit: & quod in ignominia, in gloria, 1. Cor. 15. v. 45. Qui in lacrymis seminant, in exultatione metunt: & qui ibant & stebant, portant semina sua, venientes veniunt cum exultatione,

por-

portantes manipulos suos, Psal. 126. v. 5. & 6, hoc est, sunt semper cum Domino, 1. Thes. 4. v. 17; fulgent, sicut splendor firmamenti, Dan. 12. v. 3; & sicut Angeli, qui sunt in caelis, Mar. 12. v. 25. Quætere hic lubet: *Num gradus sint in Triumpbante Ecclesia, æterna gloria?* A. I. à *testimonijs*, Dan. 12. v. 2, & 3, inquit Propheta: Multi de his, qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt, alij ad vitam æternam & alij in opprobrium: & erudientes, fulgebunt, sicut splendor firmamenti: qui verò ad justitiã erudierunt multos, quasi stellæ, in sempiterna secula. 1. Cor. 15. v. 41. 42, inquit Paulus: alia est gloria solis, & alia lunæ, & alia stellarum: sic & resurrectio mortuorum. II. à *Contrario*, nempe pœnarum gradibus, in inferno. Luc. 10. v. 12. inquit Christus impœnitentibus: dico vobis, quod Sodomis remissius erit in die illo, quam vobis: & Tyro ac Sidoni, melius erit in iudicio, quam vobis, v. 14. Hactenus de derivatione vocabuli, Ecclesiæ, veris ejus titulis & divisionibus, nunc ad ipsam qualemcunq; descriptionem.

### III.

Ecclesia, N. T. est cœtus, (*m*) quorumvis hominum, (*n*) à Christo, (*o*) per prædicationem Evangelij, & administrationem Baptismi & S. Cœnæ, collecto-  
ram, (*p*) ex toto genere humano, (*q*) ad regnum Dei: (*r*) in quo cœtu, sunt electi juxta prænotionem Patris, hoc est, verè ad finem usq; in Christum credentes, (*s*) quibus mixti sunt, non sancti, sed tamen eandem doctrinam profitentes. (*t*)

*m*) Definitionis *genus* est, quia omnibus particularibus veris Ecclesijs in singulis locis & oris convenit, quemadmodum hoc etiam ex vocis Ecclesiæ appellatione constat, quæ concionem seu cõgregationem hominum significat, ut etiam satis supra sub litera (*a*) monuimus: ubi vocatur populus Dei, grex, multitudo credentium, civitas Dei, gens sancta, domestici & concives, & concilium seu congregatio justorum. Psal. 101. v. 1. Act. 4. v. 34. c. 5. v. 11. c. 11. v. 26. c. 13. v. 1. c. 14. v. 27. Ephes. 2. v. 19. 1. Pet. 2. v. 9. &c.

*n*) Est materia, *Ex qua*, nempe, Ecclesia nascitur, ad differentiam V. Testamenti, quæ ordinariè ad Judæos, ut singularem populum Dei, pertinebat: nunc vero æquè tam Genes quam Judæos complectitur. Ut etiam supra dictum sub litera (*a*) vide scripturæ dicta. Psal. 76. v. 2. 3. Psal. 147. v. 19. & 20. Mat. 10. v. 5. 6. c. 15 v. 24. Ephes. 2. v. 12.

*o*) *Causa efficiens est & principalis*, qui sup sanguine sibi Ecclesiam acquisivit, Act. 20. v. 28. Nam, omnes in ea salvati vult, 1. Tim. 1. v. 15. Rom. 8. v. 32. Joh. 3.

Joh. 3. v. 36. Joh. 1. v. 30. & 4. & 5. & 9. 2. Cor. 8. v. 11. 1. Tim. 2. v. 4. 5. & 6. prout etiam satisfecit pro omnibus ultro, Joh. 10. v. 18. Gal. 2. v. 4. c. 2. v. 20. Ephes. 5. v. 2. Tit. 2. v. 14. & 1. Pet. 4. v. 24. *Instrumentales* autem sunt, Apostoli, Prophetæ, Evangelistæ, Pastores & doctores, secundum dictum Pauli Ephes. 4. v. 11. Item, Mat. 10. v. 5. c. 28. v. 19. 20. Mar. 16. v. 15. Act. 1. v. 8. & c.

p) *Forma est Ecclesie* seu modus & ratio, quomodo ea colligitur, scil. tantum per prædicationem Evangelij, & Sacramentorum administrationem, Mat. 28. v. 19, Euntes docete (seu *μαθητεύσατε*: discipulos facite), omnes gentes, baptisantes eos in nomine Patris, Filij & S. Sancti. Marc. 16. v. 16: qui crediderit & baptisatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. sic, Joh. 3. v. 5. c. 17. v. 20. Rom. 10. v. 17. 1. Cor. 1. v. 21. & c. 3. v. 5. 1. Pet. 1. v. 23. Hæc sacramenta duo, etiam una eum verbi prædicatione, signa sunt, è quibus Ecclesia vera & Christi dignoscatur, imò, notæ sunt convertibiles cum ipsa Ecclesia, ita, ut sine ijs Ecclesia nunquam sit, aut illa non sint, sine Ecclesia. siquidem Ecclesia est, ut civitas supra montem posita, quæ abscondi nequit, Mat. 5. v. 14: mons omnibus conspicuus, Esa. 2. v. 2: regnum Christi, diffusum, Psal. 72. v. 8. Paterea, Ecclesia Christiana nihil aliud est, quam collectio seu multitudo Christianorum, 1. Cor. 1. v. 2. quæ conservari non potest, nisi per sermonem viventis Dei, & manentis in æternum, 1. Pet. 1. v. 23. quemadmodum sine aqua & spiritu, non potest homo introire, in regnum Dei, Joh. 3. v. 5. & c. 17. v. 10. Quæri hic potest. *An à laicis S. scriptura legenda sit?* A. I. quia scriptura est regula fidei, Psal. 119. v. 5. Esa. 8. v. 19. 20. Gal. 6. v. 16: lucerna pedum nostrorum, Psal. 119. v. 103. 2. Pet. 1. v. 21: norma judicij, Joh. 12. v. 18. Rom. 2. v. 16: homines erudiens ad vitam æternam, Luc. 16. v. 30. 31. Joh. 5. v. 39. c. 20. v. 31. 1. Joh. 5. v. 1. 3: & perfectum reddens hominem, ad omne opus bonum instructum, 2. Tim. 3. v. 17. II. Quia expressè homines scrutari eam Deus vult. Joh. 5. v. 39: Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere & illæ sunt quæ testantur de me. Esa. 34. v. 16: Requiritæ diligenter in libro Domini, & legite. Quod pariter ad laicos quàm presbyteros & sacerdotes, pertinet. III. Quia Apostoli suas epistolas integris cœtibus, & sic etiam privatis, inscripserunt, Rom. 1. v. 17. 1. Cor. 1. v. 1, 2. Ephes. 1. v. 1. c. 2. v. 3. 4. Phil. 1. v. 1. 1. Pet. 1. v. 1. 1. Joh. 2. v. 12. 13. 14. Adde exemplum *Be-rognium*, Act. 17. v. 11. Quæri potest. 2. *An S. Scriptura sit unica norma & Index controversiarum?* A. I. Ex perfectitudine ejus, de qua dictum, tum quo ad materiam, quod omnia necessaria continet, tum quoad finem, quod omnes ad veritatem ducit. II. *Ex manifestis testimoniis.* Esa. 34. v. 16. Joh. 5. v. 39. Luc. 16. v. 30. Deut. 17. v. 18. & 19. Ezech. 44. v. 24. III. *Ab exemplis.* Observarunt hoc in V. T. *Josaphat*, 2. Paralip. 17. v. 7. 8. 9, *Ezechias*, 2. Paralip. 31. v. 20. 21, *Jehoiada*, 2. Paralip. 34. v. 30. 31. 32 & *Esdrae*, Esdræ, 7. v. 10. Ira etiam ip. N. T. quæstio passivitatæ, Mat. 2. v. 7, decisa est, ex Mich. 5. v. 2. Objectiones

Sata-

Satanæ, Mat. 4. v. 3. 6, repulsæ sunt ex, Deut. 6. v. 16. c. 8. v. 3. c. 10. v. 10: disputatio Christi, de resurrectione mortuorum cum Saducæis, Mat. 22. v. 23, dijudicata est, ex Exod. 3. v. 6: Controversia de sabbato, Mat. 12. v. 3, ex Levit. 24. v. 9, & Num. 28. v. 9: Rixæ de divortio, Mat. 19. v. 3, ex Gen. 1. v. 27. c. 2 v. 24. Quo etiam referuntur exempla, *Johannis Baptista*, Joh. 1. v. 23. *Petri*, Act. 1. v. 20. c. 2. v. 16. 25. 30. 34. *Stephani*, Act. 7. *Philippi*, Act. 8. v. 35. & *Concilij Apostolici*, Act. 15. v. 15. Neq; hic moramur instantias Papisequarum, quasi scriptura non certam & decisivam sententiam inter partes litigantes ferat, ita, ut sciant perfectè, utra pars vicerit, utra causâ ceciderit. Scimus enim verè S. Sanctum nos in ea habere loquentem, & satis perspicuam sententiam ferentem, quam exponit Ministerium. Judicat enim Deus, judicat Scriptura, judicant ministri, non secus, ac simul, Deus lex & Moses, dicuntur accusare: verùm tres hi judices non sunt *ἑαυτίως* oppositi, sed *ὑποαλλήλως* subordinati. Quare, Deus judicat *πρώτως*; S. Scriptura, *μεσσηκῶς*: Ministri, *διακονικῶς*. Quod etiam planius explicaremus, ni disputationem magis ob materiæ copiam coarctare, quàm dēlatare cogeremur. Quæritur. 3. *Num Ecclesia, quoad publicum ministerium, in toto mundo, errare possit?* Et hoc affirmatur. Nam quamvis Ecclesia ratione electorum & omnia ejus membra, in ipso fundamento, non errent, tamen illa quoad publicum Ministerium, cum impiorum semper soleat esse major copia, quàm Sanctorum, maximè errare potest. Hinc, dies multi Israeli absq; sacerdote, doctore & absq; lege dicuntur, 2. Par. 15. v. 3. Quod rectè de publico ministerio interpretatur, Jeremias, c. 6. v. 13, à Propheta usq; ad Sacerdotes, omnes facient mendacium, etiam optimates, hoc est præstantissimi. Idem confirmant illa, Jer. 2. v. 8 c. 5. v. 5. c. 8. v. 10. c. 18. v. 18. c. 23. v. 11. Item Ezech. 7. v. 26: Lex peribit à Sacerdote, & consilium à senioribus. Sic, sub Salomone introducta fuit abominabilis Idololatria, per importunitatem alienigenarum: quæ tam latè serpsit, ut diviso jam regno Israelis, Reges decem tribuum, ad unum omnes passi sint publicè exercere cultum Idololatricum, à Jerobeamo primitus institutum. In regno Juda, secundum regum pietatem & impietatem, sibi succedentium, nunc floruit vera religio, mox rursus puro Dei verbo abrogato, ita invaluit Idolomania, ut tantoperè irritatus Deus, in regnum Babylonicum illos dissiparet, septuaginta annos. Post reditum autem è Babylone, iterum à puritate paulatim deflexerunt, ad quam, per Aggæum & Zachariam Prophetas, reducti erant, ut planè eam denegarent & abjicerent; ut ex Malachia Propheta patet. Tandem subsequenibus seculis, invaluerunt constitutiones humanæ, ut deinde Christi tempore pro seniorum traditionibus, venditarentur: sicuti ipse conqueritur, dicens, Joh. 10. v. 8, Omnes quotquot ante me venerunt, fures sunt & latrones.

7) Terminus est à quo, unde Ecclesia colligatur, scil. ex toto genere humano

C

no

no, sine ullo discrimine personarum & locorum. Sicut Christus dicit, Joh. 17. v. 7: Manifestavi nomen tuum, O Pater, hominibus, quos dedisti mihi in mundo; & 1. Pet. 2. v. 9: Deus è tenebris nos vocavit ad mirabilem lucem, &c.

7) Terminus *ad quem*, vocatur enim Ecclesia ad regnum Dei, seu vitam & salutem æternam. Mat. 3. v. 2: Agite penitentiam, appropinquat regnum cælorum. Mat. 11. v. 28: venite ad me omnes, ego refocillabo vos. Nam, quicumq; in me credit, habet vitam æternam, Joh. 3. v. 16: & tu apprehende vitam cujus causa vocatus es, 1. Tim. 6. v. 12. Ita enim Petrus: virtute Dei custodimur per fidem ad salutem, Epist. 1. v. 5.

5) De his *Electis* sub litera, f. dictum fuit, quod scilicet sit singularis cœtus creditum, in illo visibili cœtu existens, qui non omnium oculis protinus expositus sit, sed Deo solummodo notus, qui solus est scrutator cordium, & suos internè dignoscit, vera tamen fide puram doctrinam complectens, & eam usq; ad extremum vitæ halitum conservans, ut 2. Tim. 2. v. 9. Luc. 17. v. 20. Joh. 3. v. 8. Rom. 2. v. 28, &c. Verum hic quæritur: *Num omnes indiscretè homines, ad salutem propriè sint electi?* N. Nam, ut absurdum est, potentiam vocare actum, & causam effectum; sic non minùs inconvenienter dicunt, qui electionem & prædestinationem vocant vocationem: & quemadmodum hæc universalis est, omnesq; homines, qui sunt in toto mundo, complectitur, sic etiam omnes homines in Christo esse electos & prædestinatos, affirmant. Accuratè ergo distinguendum est, inter voluntatem Dei, *Antecedentem & Consequentem*: vocavit quidem Deus omnes homines ad salutem, sed tamen voluntate consequente, nonnullos etiam damnat. Unde verissimum hoc: multi sunt vocati, pauci vero electi, Mat. 20. v. 17. & c. 22. v. 14. Quod etiam hæc dicta confirmant: Mat. 24. v. 24. Joh. 15. v. 16. Joh. 17. v. 6. Rom. 9. v. 11. Act. 13. v. 48. 2. Tim. 2. v. 19. & 20. Considera etiam locum Act. 13. v. 48, Et crediderunt, quotquot ordinati erant ad vitam æternam, hoc est, prædestinati seu electi, secundum Orthodoxos. Unde sic infero: Quotquot auditorum Apostoli ordinati fuerunt ad vitam æternam, illi crediderunt Evangelio. Sed multi auditorum Apostoli non crediderunt Evangelio. E. multi auditorum non fuerunt ordinati ad vitam æternam: & proinde non electi. Ex inscriptione in librum vitæ, de qua Dan. 12. v. 1. Apoc. 17. v. 8 idem ostendi potest.

1) Dictum & de his *non Sanctis* antea fuit, sub lit. c, scil: quod & tales in Ecclesia dentur, hypocritæ & impij, qui templa quidem frequentant, conciones audiunt, etiam Sacramentis utuntur, & optimè in religione consentiunt, verum secundum semen, seminantis, imitantur, quod sub petram cecidit, etiam tertium, quod inter spinas exaruit: nam cum audierint vel susceperint verbum, radices tamen non habent, quare ad tempus credunt, tempore autem tentationis recedunt: vel cum audierint verbum, à sollicitudinibus & divitijs, seu voluptatibus vitæ,


vita suffocantur, ut Mat. 13. v. 21. 22. Quare, recte etiam Ecclesia assimilata fuit  
 ovili, in quo non sunt tantum oves, sed hirci, Ioh. 10. v. 1: agro Domini, ferenti  
 non tantum triticum, sed & Zizania multa, Mat. 13. v. 24: verriculo, quod at-  
 trahit ex omni genere piscium, & bonos & malos, v. 47: deniq; horto Dei, non  
 tantum habenti arbores iustitiæ, Esa. 61. v. 11, quæ plantatæ secus decursus aqua-  
 rum, fructum dantes tempore suo, Psal. 1. v. 3, sed etiam steriles, quibus Deus  
 minatur succissionem, Luc. 13. v. 7. Verum & hic quaeritur: *Ergone sola sua cul-  
 pa excidant & damnentur non Sancti, nullatenus alicujus absoluta reprobatione  
 respectu?* A. I. Huc pertinet universalis illa vocatio Dei, & antecedens ejus vo-  
 luntas, qua verè & certissimè omnes homines ad salutem æternam, vocat & sal-  
 vare vult, quotquot sunt, in universo mundo, Mat. 28. v. 9. Mar. 16. v. 15. Luc. 24.  
 v. 47. Act. 1. v. 8. c. 2. v. 5. Col. 1. v. 6. ita etiam, Psal. 19. v. 5. Ier. 31. v. 20.  
 Ezech. 33. v. 11. 2. Pet. 3. v. 9, &c. II. *Universale Christi meritum.* Christus  
 enim pro ijs omnibus, quotquot sunt, passus, crucifixus & mortuus est, & ab  
 omnibus malis, peccatis, & æterna damnatione eos liberavit; imò etiam perdi-  
 tos illos, damnatos & reprobos, Esa. 53. v. 6. Ioh. 1. v. 9. & 30. c. 3. v. 56. Rom. 8.  
 v. 32. c. 5. v. 6. 1. Tim. 1. v. 15. 1. Tim. 2. v. 5. 4. c. 6. Rom. 14. v. 15. 1. Cor. 8.  
 v. 11. 2. Pet. 2. v. 1. Heb. 10. v. 28. 1. Tim. 4. v. 10. &c. III. *Ejus lacryme & la-  
 mentationes,* quod non obtemperant: Mat. 23. v. 37. Esa. 65. v. 2. Mat. 17. v. 17.  
 Mar. 9. v. 19. Mat. 11. v. 31. Luc. 9. v. 13. c. v. 34. c. 24. v. 24. Rom. 11. v. 15. & 20.  
 & 32. Act. 8. v. 6. c. 13. v. 44. Col. 1. v. 22. 2. Thes. 2. v. 10. Prov. 1. v. 24. & 25.  
 Ezech. 18. v. 33. &c. Deniq; IV. etiam *primæva ipsa ad imaginem Dei hominæ  
 creatio,* quæ condidit eum ad imaginem suam, Gen. 1. v. 26. & 27, hoc est, in ju-  
 stitia & sanctitate, Ephes. 4. v. 25: in rectitudine, seu, perfectitudine, Eccles. 7.  
 v. 30: in cognitione Dei vera, Col. 3. v. 10: ut rectè creatorem agnoscat & glori-  
 ficet, Ecces. 17. v. 8: & ex propria voluntate, laudet ac celebret, 2. Cor. 9. v. 7.  
 & 1. Tim. 1. v. 5. Sed, ipse adeo sese à Deo avertit, & in peccatis lapsus est, Gen. 2.  
 v. 6: idq; spontè, Eccles. 15. v. 14: ut, non modò amissa originalis iustitia, &  
 corrupta natura sit, Iob. 14. v. 4. Ioh. 3. v. 6. Rom. 5. v. 19. Ephes. 2. v. 3, sed,  
 & excæcatus intellectus, 1. Cor. 2. v. 14. 2. Cor. 3. v. 5. Rom. 8. v. 7, perversa  
 voluntas, Gen. 6. v. 5. c. 8. v. 21. Psal. 14. v. 1, & omnes vires depravatæ, ut am-  
 pliùs se ad Deum vicissim ex propria *divinæ* & facultate convertere nequeat,  
 Ier. 13. v. 24. Mat. 12. v. 34. Ioh. 6. v. 44. c. 5. v. 51. Cor. 12. v. 3; nec illa videre,  
 quæ ad salutem suam pertinent, Act. 3. v. 26. 14. c. 13. v. 44. Luc. 10. v. 12. & 15.  
 c. 24. v. 24. Esa. 65. v. 2. Prov. 1. v. 24. & 25. Mat. 17. v. 17. Mar. 9. v. 19. 2. Thes. 2.  
 v. 10. & 11. &c. Concludo, ergo, & epilogum addo: Deus omnes homines  
 ad vitam æternam vocavit: Christus pro omnibus hominibus est mortuus: &  
 lacrymis de immorigeris conqueritur: deniq; in primæva creatione, hominem  
 ad perfectam Sanctitatem creavit; sed, ultro & sponte homo cecidit. Ergo solâ  
 sua

sua culpa excidunt & damnantur non Sancti, neq; peculiaris alicujus absolutæ reprobationis respectu.

Atq; hæc in præsentî de amplissima Ecclesiæ Christi materia, & pro instituti nostri ratione: de cæteris ijsq; gravissimis, & ad locum de Ecclesia propriè spectantibus, controversijs, itemq; de controversiarum motarum instantijs & objectionibus, alio tempore, (si Dominus voluerit,) videbimus: Cui soli, sit laus & gloria, in omnium seculorum secula. Amen.

## COROLLARIUM.

*Minus rectè eos sentire asserimus, qui Angelum Tobia, Raphaëlem, dicunt fuisse bonum.*




In Disputationem Doctiss.

D. N. FRIDERICI WETTERI,

DE ECCLESIA.


**N**EMPE DEI in terris est CHRISTI Ecclesia regnum,  
Cognatoq; sub inducit sua semina cælo,  
Quæ Verbi virtute sacri vegetantur, & intus  
Spiritu agente ferunt jussos in tempore fructus.  
Circumstant varia pestesq; crucesq; minantes  
Interitum, Stygius rictu Lupus instat Ovili.  
Ipse sui in medio gregis est Rex CHRISTUS, & omnes  
Excipit insidias atrî Cacodæmonis; imò  
Sanguine profuso, se faucibus objicit Orci.  
Omnibus hinc est parva pijs victoria, ne spem  
(Mille licet crucibus fractis extrema minetur)  
Excuciat Satanas, CHRISTO referente triumphum.

M. ANDREAS HELVIGIUS  
Gymnasij, apud Stralsundenses, Rector.









vita suffocantur, ut Mat. 13. v. 21. 22. Quare, recte etiam  
ovili, in quo non sunt tantum oves, sed hirci, Ioh. 10. v.  
non tantum eriticum, sed & Zizania multa, Mat. 13. v.  
trahit ex omni genere piscium, & bonos & malos, v. 47.  
tantum habenti arbores iustitiae, Esa. 61. v. 11, quae plan-  
rum, fructum dantes tempore suo, Psal. 1. v. 3, sed eti-  
minatur succisionem, Luc. 13. v. 7. Verum & hic quæri-  
pa excidant & damnentur non Sancti, nullatenus alicui  
respectu? A. I. Huc pertinet universalis illa vocatio De-  
luntas, qua verè & certissimè omnes homines ad salutem  
vare vult, quotquot sunt, in universo mundo, Mat. 28. v.  
v. 47. Act. 1. v. 8. c. 2. v. 5. Col. 1. v. 6. ita etiam, Pl  
Ezech. 33. v. 11. 2. Pet. 3. v. 9, &c. II. *Universale C*  
enim pro ijs omnibus, quotquot sunt, passus, crucifixus  
omnibus malis, peccatis, & æterna damnatione eos libe-  
tos illos, damnatos & reprobatos, Esa. 53. v. 6. Ioh. 1. v. 9  
v. 32. c. 5. v. 6. 1. Tim. 1. v. 15. 1. Tim. 2. v. 5. 4. c. 6.  
v. 11. 2. Pet. 2. v. 1. Heb. 10. v. 28. 1. Tim. 4. v. 10. &c.  
mentationes, quod non obtemperant: Mat. 23. v. 37. Es  
Mar. 9. v. 19. Mat. 11. v. 31. Luc. 9. v. 13. c. v. 34. c. 24. v.  
& 32 Act. 8. v. 6. c. 13. v. 44. Col. 1. v. 22. 2. Thes. 2. v.  
Ezech. 18. v. 33. &c. Deniq; IV. etiam *primæva ipsa a*  
creatio, quæ condidit eum ad imaginem suam, Gen. 1. v.  
stitia & sanctitate, Ephes. 4. v. 25: in rectitudine, seu,  
v. 30: in cognitione Dei vera, Col. 3. v. 10: ut rectè creat  
ficet, Eccl. 17. v. 8: & ex propria voluntate, laudet ac  
& 1. Tim. 1. v. 5. Sed, ipse adeo sese à Deo avertit, & in  
v. 6: idq; spontè, Eccl. 15. v. 14: ut, non modò am-  
corrupta natura sit, Iob. 14. v. 4. Ioh. 3. v. 6. Rom. 5. v.  
& exæcatus intellectus, 1. Cor. 2. v. 14. 2. Cor. 3. v. 5.  
voluntas, Gen. 6. v. 5. c. 8. v. 21. Plal. 14. v. 1, & omnes  
plius se ad Deum vicissim ex propria *divinæ* & facu-  
Ier. 13. v. 24. Mat. 12. v. 34. Ioh. 6. v. 44. c. 5. v. 51. Co  
quæ ad salutem suam pertinent, Act. 3. v. 26. 14. c. 13. v.  
c. 24. v. 24. Esa. 65. v. 2. Prov. 1. v. 24. & 25. Mat. 17. v. 17.  
v. 10. & 11. &c. Concludo, ergo, & epilogum addo:  
ad vitam æternam vocavit: Christus pro omnibus hor-  
lacrymis de immorigeris conqueritur: deniq; in prima  
ad perfectam Sanctitatem creavit; sed, ultro & spontè

ata fuit  
ferenti  
quod ar-  
ei, non  
s aqua-  
s Deus  
sua sub-  
bati vis  
jus vo-  
& sal-  
Luc. 24.  
v. 26.  
Christus  
& ab  
perdi-  
Rom. 8.  
Cor. 8.  
& la-  
v. 17.  
& 26.  
& 25.  
homine  
in ju-  
eccl. 7.  
& glori-  
9. v. 7.  
Gen. 2.  
titia, &  
3, sed,  
versa  
ut am-  
equeat,  
videre,  
& 15.  
Thes. 2.  
omines  
us: &  
minem  
go solâ  
suâ

